The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Suffragium e
cum uariis

Monumenta non ob aliud dicuntur nisi quod hii qui uiuencium oculis morte subtracti sunt ne obliuione eciam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocent et admonendo faciant cogitari. Vnde monumentum eo quod moneat mentem nuncupatur. Ad hoc ergo sunt adiumenta mortuorum ut dum homines recolant ubi sunt posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos apud Dominum adiuuando et orando commendent.

Idem ibidem.

____

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

dicuntur *om.* (*cor. in marg.*) M; memoriam] mor (*cor. intra*) B; reuocent] reuocentur V^2 L^1 L^2; cogitari *om.* (*cor. in marg.*) M; recolant] recolunt P V^1 V^2 L^1 L^2; ubi sunt posita *om.* P V^1 V^2 L^1 L^2; idem *om.* L^2